



7,2<sup>a</sup>

4,12

290.

# Inhalts-Verzeichniß.

1665. Nov. Chr. Aug. à Fresen orat. ad Joh. Georgium III de unito confectoque Da-	
nico iterere nub. frangimur. iur. i. dyppe Übersezung.	18.
1669. Georg Casp. Kirchmaieri orat. gratul. in Joh. Georgium IV.	22.
1673. Ich. Stein. Landeri orat. paneg. in gloriam ordinis Priseclidis sal-	
Joh. Georgio II. nub. dyppe Übersezung.	16.
1680. Oct. Georg Casp. Kirchmaieri oratio funeb. memoriae Joh. Georgii II.	17.
1686. Prog. Andre. Passerii, Rectoris Acad. Wittemb.	47.
i. e. Joh. Fr. Mayer, Podocani collegi Sacell. in Acad. Witteb.	40.
Rector Paul Bernfeld orat. de potestate imperatorum circa electi-	
onum et subjectorum romani pontificis	48.
Oct. Christ. Frederici et Gottlobii Hecdem. ad Ecstacard due orat. habit. ad ore	
tremem Statuae Fortitudinis in Templo Clementinae nub. v. Titathum	
et Loeven's Offnung i. e. Kaisr. Wandsfelde v. Kaisr. in Gis. Sierpinski. Lect.	20.
Dec. Magri Losseri orat. gratul. in redditum Joh. Georgii IV.	24.
1687. Nov. J. Casp. Kirchmaieri extremiti honori in mem. Caroli de Fresen	41.
Juni. Prog. Andre. Auenstedti. Rectoris et Losseri orat. gratul. in redditum Joh. Ge-	
orgii IV. Casp. Ziegleri epistola ad Losserum.	25.
Julij. Dr. Aug. Luedcke orat. in mem. mortui Dr. Guilielmi. Magni et H. Leusseri	
epistola ad Luedcke.	33.
Facult. Thul. Witteberg. Joh. Fr. Mayer interprete orat. funer. Carolo de Fravera.	44.
Fried. Mayer's Or. auf den Friedl. Carl. d'ouyforn. s. Fresen.	45.
1688. Janu. Prog. Andre. Sonneri, Rectoris	30.
Georg Casp. Kirchmaieri orat. in mem. Fried. Guilielmi. Magni	31.
Dr. Aug. Luedcke orat. in mem. Fried. Guilielmi. Marckurii Brandenburg.	39.
Dr. Aug. Luedcke Or. auf den Friedl. Carl. d'ouyforn. auf den Dr. Fried.	
Wittemb., Margraf zu Brandenburg.	31.

1689.	Gilli Solleti orat. gratul. ad Dr. Gulielmum Henricum Suriacum de miranda rerum in Britannia Civil. Metamorphosi.	6
1690.	Pgr. Joh. Gottfr. Siegeni, Rectoris. G. Keth Regili seu panegyri in Leopoldum. Magnum de electo coronatoque Bonare. Rge. Etio Hungarum rge haeredit. Josepho G. Casp. Kirchmaieri gratulations in Leopoldum (et Regis) purpurea quod Josephus 25 Jan. rex Hungariae coronatus est.	4.
1691.	Pgr. Mich. Waltheri, Rectoris.	14.
	Mari. Nachtmusik der Anderen den kurze Aufenthalt des Georg III in Wittenberg	21.
	Lauendt. Petri orat. panegyri in Hamburgi laudem u. des prebodo auf Hanby	45.
1692.	Pgr. Joh. Gottfr. Siegeni, Rectoris.	8.
1693. Nov.	Chr. Aug à Freien orat. gratul. del. Fridericu. Augustum ele nato electo ratu hercule Fried. Augusto latine und deutsch.	16.
1697. Feb.	Gottl. de Slovaciatio in laudem Lubecae.	46.
	Pgr. Joh. Henr. Siegeni, Rectoris.	27.
	Bon. Jan. Schurzfleischii orat. gratul. in Fried. Augustum, quod rex Poloniarum electus est.	17.
Oct.	G. Casp. Kirchmaieri orat. zeudem nominis Caesar. Majest. gra- tul ob partam vitoriam adversus Turcas ad Lentarn.	2.
Nov.	G. Casp. Kirchmaieri orat. funer. in Carol. XI. Iucerum etc regere.	3.
1698.	Pgr. Bon. Jan. Schurzfleischii, Rectoris.	23.
1699.	Pgr. Paul. Lud. Hannekenii, Rectoris.	49.
1701.	Pgr. G. Guiliel. Kirchmaieri, Rectoris.	50.
	Pgr. Joh. Deutschermanni, Rectoris.	5.
	Pgr. Academie Viteb, Joh. Georg. Neumann interpell. de jubilatu Iucen- eo quod Carol. XI in memori. regen. Lutheran. peregit.	17.

In die Akblieb. Miscellan. gehörig:

- |       |   |     |
|-------|---|-----|
| 1701. | M. Tol. tokhare invito et orationem paneg. ob victoriam a Moskis<br>reportatam. Acadet.   | 11. |
|       | Jiwd. panegyr. in Carol. XII. Acadet.   | 12. |
|       | Tas. Hor. Opitii orat. in Carol. XII ob libertatem ab obsecione Narvam<br>et reportatam a Moscis victoriam. Cileni.                                   | 13. |
|       | Ejusdem Triumphi. Ode, pugnata bei Rettung der Leibwache auf Carol. XII,<br>wegen des Sieges wider die Moscowiter. Kiel.                              | 14. |
|       | Poly. Lyseri gratul. in natalicia Friderici Regis in Prussia. Hanover.  | 15. |
|       | C. Sch. Sigistunii orat. in laudem Friderici IV. electi Suicenos; Ich. Bur-<br>shardi Maj. progr. et ejusd. opis. et C. Kirchholzi ad Sigistuni. Cil. | 16. |
| 1702. | Academ. Cilenuensis Epicedium in Frideric IV. Hereditis. Corvagia in<br>pugna prope Cracoviam occumbentis. Cileni.                                    | 17. |
| 1703. | De. Pigr. Horn. v. d. Hardt. Proletis, in novi templi academ. inaugur. Helmstadt.   | 18. |
| 1704. | Jan. Pigr. Horn. v. d. Hardt. Riot. denunciativo inaugurat. Templo acad. Helmstadt.   | 19. |
|       | Sime. Jahr. Henr. Arn. Rockfleschi usq. ritualis dol usum rituum ecclesias.   | 20. |
|       | institutum, deploratum, restitutum a Carol. XI. Monachomondi.   | 21. |
|       | Poly. Lyseri anagrammatismi in redditum Georgii Ludovici, ducis<br>Prunoviensis et castris Trans. Albinis symbolo. In recto electus. Hanover.         | 22. |
|       | Mosk. Kirstenii poema de pace Germaniae panegyr.  | 23. |
|       | J. W. Panegyr. Christianae, regni Sueciae gubernacula caposenti.  | 24. |



ORATIONES WITTENBERGIANAE

et alia.

Spanium, Graeciam, Perizonii, et Francii Petabala Maria Britanniae Lipsi 1650



M 18

DIVINIS AVSPICIIS  
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO  
REGE AC DOMINO,

**C**DOMINO  
AROLO XII,

SVECORVM, GOTHORVM MET VANDA-  
LORVM REGE, MAGNO PRINCIPE FINNONIÆ,  
DVCE SCANIÆ, ESTHONIÆ, LIVONIÆ, CARELLÆ, BREME,  
VERDÆ, STETINI, POMERANORVM, CASSVBÆ ET VENEDORVM,  
PRINCIPE RVGVBÆ, DOMINO INGRÆ ET WISMARIÆ, NEC NON  
COMITE PALATINO AD RHENVM, BAVARIÆ, JVLIÆ,  
CLIVIÆ, AC MONTIVM DVCE, &c.

D. XX Novembris Anno MDCC  
reportarunt a Mochis

VICTORIAM

post hominum memoriam admirabilem  
& excellentissimam,

ORATIONE PANEGYRICA

Musæ Stadanæ

Die XVI Februario  
ab hora secunda post meridiem  
In auditorio Lycei majori  
concelebratura

Mæcenates, Patronos & Fautores literarum,

ac  
Sacré Regiae Majestati devotos cultores,

et Panegyrin istam

sua præsentia illustrare ac ornare ne graventur, ea, quafas est, animi  
submissione, observantia & humanitate rogant

per

**M. TOBIAM ECKHARDVM,**

Gymnasii Rectorem.

---

Typis CASPARIS HOLWEINI.

---



Uod felix, faustum ac fortunatum sit Regno  
Suediæ conjunctisque Provinciis, diem XV Cal.  
Martii festum atque solennem esse jussit pietas Augustissi-  
mi Suedorum, Gorhorum ac Vandalorum Regis, CA-  
ROLI XII, Domini nostri Clementissimi, ut Deo Opti-  
mo Maximo gratia, quas mens capere potest, maxima devotissimæq; agan-  
tur pro immortali beneficio victoriæ, quam sub finem seculi pridie Cal.  
Decembr. ad Narvam post hominum memoriam vere mirandam & excellen-  
tissimam a Molchis reportavit. Erenim Deus ut provisione sua cuncta mode-  
ratur ac gubernat, ita bellis ac præliis, a quibus maxima rerum humanarum  
momenta pendunt, mediis intercessit, & vi quadam arcana dirigit consilia actio-  
nesque, ut, quem ipse destinavit, habeant eventum. Non sicut nos dubitare  
oracula divina, quæ regnum ortus, mutationes, interitus,istorumq; causas,  
occasions & modum ita describunt, ut quæcunque in imperiis vel facta sunt,  
vel eveniunt, eorum similia suppedient exempla. David Rex bellorum glo-  
ria maximus, qui nonquam ex bello discessit inferior, verumque vincendi mo-  
dum edocet fuit, a solo Deo victoriæ repetit, qui confilium rationemque ge-  
rendi belli adspicit, animum ac robur pugnantibus addat, hostes perturbet,  
conjurati in fugam ac protervam. Deus e[st], inquit, qui me actingit robore; qui  
doct manum meam bellum; das mihi, o Deus, scutum salutis tuus, & dextera tua fu-  
stens me. (a) Plura sunt ejus generis oracula divini huius ac bellissimissimi  
regis, nec non filii ejus Salomonis, aliorumque priorum Regum ac vatum,  
que hic non cumulamus. (b) Exempla Abia, Asse, Jolaphati, Regum  
Judæ; Achabi, Joram, Joe, Regum Israëlis, & aliorum, qui divinis au-  
spiciis mirabiliter victorias sunt adepti, luculenta sunt & tam multa, ut pa-  
gina haec ea non capiat. Ipsiæ gentes, veri de Deo sensius expertes, cogniti-  
tum habuerunt, a Deo esse victoriæ. Hefiodus Poëta ut a jove pacem ac  
florem civitatis, ita cladem exercitus, vrbiuum naviumque derivat. (c) Xe-  
nophon, non minus belti dum manu[m]fortis ac strenuus, quam insignis Philo-  
sophus atque Historicus, cum ad bellum istè cum Cyro juniore, & auxiliis  
Grecorum praesert, non solum ob successum armorum rem facram fecit di-  
ligenter ac Deos precatus est, passim teletius, Deos esse præfides certami-  
num, animos efficere generosiores, dare victoriæ; verum tesseram quo-  
que militibus dederi menti isti conformem: Ζευς ναύτης, Ηεράχαιος ιπέριος, Jupiter  
serpator, dux Hercules, cuiusmodi antea sub Cyro exercitus habuerat: Ζεὺς  
στόλη, τῷ ίκνῳ: Jupiter serpator, & Victoria. (d) Memorabilis est ejus senten-  
tia de victoria Spartanorum, quam studio brevitatis omittimus. (e) Mas-  
silienses, Cæsar teste, a Diis victoriæ precantur. (f) Et ipse Cæsar Diis  
maximum tributum momentum in præliis. (g) Nec exempla defini pro-  
liorum inter gentes, quoruntam notabilis eventus fuit, ut Deum interfuerit,  
& temperasse exitum, satis manifestum fiat, quod ipse opinionis errore fa-  
tis, vel fortuna, vel diis suis tribuerunt. (h) Deus namque infidelibus quoque  
victoriæ largitur, vel ob bomitatem causæ, quam querit, vel in pœnam alii-  
orum, vel ob religionem animi non fucaram, utut impuram, vel ob alias fibi  
foli cognitas, iustissimas tamen, rationes. Exempla Sifaci, Ägyptiorum re-  
gis, sine causa idonea, vel in gratiam Jeroboami, hospitiū jure ipsi cogniti,  
quod

(a) Psalm. XXIX. 33. sgg. (b) otia fecit summe Rev. atque Magn. Antiph. D. D. Decmann,  
patronus maxime colendus conc. f. 11. in Königsmarkios, imprimit p. 75. f. conto  
Rittershul. ad Salviu. p. 86. ed. Brem. B. Schuppian Regenten Spiegel p. 3. Richter  
Axiom. Pol. 14. (c) Oper. v. 215. 1. 243 f. (d) Exped. Cyri L. I. p. 264. II. p. 266. VI. p. 286.  
(e) Hist. Græc. L. IV. p. 323. (f) Bell. Crisil. II. 5. (g) Bell. Alexandr. c. 75. 76. conto  
Rittershul. ad Salviu. p. 82. (h) V. Barthius ad Claudian. p. 311. f. cont. Florus II. 6.

quod putat Vossius, (i) vel Hadadi Idumei, affinitate ipsi juncti, & nuper in regnum, quo exul fuerat, reverxi, (k) Rehabeamo bellum facientis, & felici succesiū Hierosolymam spoliantis; (l) Nebucadnezaris, Iudeos & circumiacentes populos sibi subjicientis; (m) Cyri Perfarum, (n) & Alexandri Graecorum Imperii conditorum, (o) rem abunde declarant. Nebucadnezarem Deus aquila comparat, felicem significans rerum successum. (p) Similiter in Alexandro observata fuit in rebus efficiendis velocitas, (q) ex eodem derivanda fonte, aliquis pardi apud Danielem ante adumbrata. Nec temere Alexander existimat, quod venerit *καὶ τὸν ἀρχέαν τοῦ διαλαξόντος τὸν θάνατον*, divinitus *mīsēs communis omnium moderator & arbiter*, (r) De Nebucadnezaris religione illud fidem fecerit, quod vala facra, e templo Hierosolymitanu[m] ablata, minime profanarit, sed in fanum Dei sui repofuerit, etiam cum verum Numen nondum agnoscisset. (s) De Alessandro etiam & Cyro memoria est proditum, quod Deorum fuenterunt reverentes ac religiosi cultores; & de illo quidem Polyb[io], quod templa in hostili solo sancta habuerit & veretur violari; (t) de hoc autem a Xenophonte, quod actiones omnes, parvas & ac magnas, a Diis auspiciari conseruerit, (u) nisi post devictos Assyrios, ex quo Danielem habere coepit ministrum, in centu fidelium sit reponendum. (x) Christianos et minus dubitate fas est, a Deo esse victoriam, quo rectius de Numine fuisse instituti, & illustriora exempla in hanc rem sunt confignata. Et si adhuc dubium fuisset, forte casuque obvenias victoria, avis aliqua superior addivina eam dispenset; novissimam tamen, quam diximus, divinitus esse concessam liqueret. Paucis, ex itinere defatigatis ac inedia confectis, pugnandum erat adversus tam ingentem multitudinem, natura loci & operibus munitatam, omni apparatu bellico instructam abunde, & eum tamen, quem orbis miratur, habuit eventum. Incertum sane est, tam parva manus tantum exercitum, tamque munitionem, utrum si admirabilis vicerit, an aggredi aula fuerit. Sed major humana vis fuit, quae & pugnavit in partibus, & animum addidit, ut incredibilis extiterit virtus pugnantium. Ipsa elementa, nebulae, venti, nubes, & quaecunque alias exarante captari solent, in auxilium sponte veniunt, ac viam parant vietricibus armis, & dum se vieti volunt eorum robori subducere fuga, ponte callaplo aquae fluctus succurrunt, & hauriunt fugientes. Ut non immerito hic repetamus, que Claudianus Poeta de victoria Theodosii cecinit: *cauto nec profuit boſti Munita biefiſt locis.* Spes irrita valle Concidit, & copulis patuerunt clausa revulsi. Te proper gelida Aquila de monte procellis Obruit adversas acies. - - - O nimium dilecta Deo, cui fundit ab anbris Acolus armatus hicem; cui militat aether Et conjurato veniunt ad classem a venti. (y) Fructus hinc pietatis, que summa temp[er]a in Regi Augustifissimo, CAROLO XII, a Magnis Genitoribus tradita, fuit, & imprimis in gravissimo illo rerum discrimine eluxit, præmiumque maximum cum Gratiano, Theodosio, Iustino, (z) & aliis commune tuit. Haud nova haec Sueonum laus est, pietate ac precibus victorias meruisse, sed dudum in Gothis ac Vandalis, quos Augustus Regis titulus in subjectis numerat, ab antiquis celebrata. Salvianus, Massiliensis Presbyter, locuples est testis. (a) Non ita Gothi, inquit, non ita Vandali; qui & in discrimine positi, opem a Deo posulant, & prosperitatem suas manus divinitati appellant. Ecum cladem recensuisset Romanorum a Gothis acceptam, de causa sic scribit: *quia illi Deo humiles, nos rebelles; illi crediderunt in manu Dei esse victoriam, nos*

(i) *Theol. Gentil. L. I. c. 29.* (k) *I. Reg. XL. 15. f.* (l) *I. Reg. XIV. 25. 26. II. Par. XII. 1. f.* (m) *Jer. XXXVII. II.* (n) *Eja. XLII. 22. XLIV. 1. f.* (o) *Dan. XI. 3. & Boecker. Characel. Vellece. II. §. 4. f.* (p) *Jer. XLVIII. 40.* conf. Herm. Witius *Mſſe. S. L. II. diff. IV. §. 46.* (q) *Curt. V. 7. 1.* *Witius loc. cit. §. 62. f.* (r) *apud Plutarch. de fortun. Alex. p. m. 329.* (s) *Dan. I. 2.* (t) *L. V. c. 10. p. 500. ed. Gronov.* (u) *Hift. L. I. p. 25.* (x) *McLanch. Chron p. 208. Hift. Eccl. Gorb. P. I. p. 307. f.* (y) *in III. Conf. Honor.* (z) *Orol. VII. 33. 34. Agab. L. III. p. m. 96. f.* (a) *De Gubern. Dei L. VII. p. 140. f.*

in manu nostra, imo in sacrilega atque impia Humiorum auxiliarium. Singula-  
re est, quod de Rege Gothorum subiungit: ipse Rex bovium, quantum res  
prodidit ac probavit, usque ad diem pugne stratus in cibicio preces fudat; ante bellum in  
oratione jacuit, ad bellum de oratione surrexit. Priusquam pugnam manu cape-  
seret, supplicatione pugnavit, & ideo fidens processit ad pugnam, quia jam meruerat  
in oratione vitoriam. Theodericus ille Rex fuit, ut ex Jornande constat, qui  
dictum illius notatu dignum, novissimo probatum exemplo, commemo-  
rat: nullum bellum dixerim grave, nisi quod causa debilitat, quando nil triste paret,  
eui majestas arriserit. (b) Omitto, quae de Wandalis Salvianus annectit, &  
tantum de Gothicis ex Orofio addo, quod eos sub Rege Alarico, cum  
festum agerent diem, eoque ob religionem cederent, Romani ad pugnam  
coegerint, sed suo exitio ac damno. (c) Apud Romanos si Coss, aut Prætores  
prospere rem geflissen in provinciis, supplicationem, quam petebant ab-  
sentes, Senatus decernebat, in qua is & populus ad omnia Deorum templa,  
casu victimis, de vitoria parte gratulabatur, & nomine Imperatoris, quod  
una conferabatur, diis gratias agebat. (d) Durabat ea solennitas per tres,  
quinque, decem & plures dies, qui omnes, inter publicas laetias & orna-  
menta virorum & matronarum, habebantur festi. Rex Augustus CARO-  
LUS XII. aufpicis & duetu suo rem bene, tortiter ac felicissime gefit, &  
ea ætate, qua tyrocinium ali vix ponunt, Magni meruit Imperatoris. no-  
men mulisque cirtus, quam Cn. Pompeius, qui iniustitate exemplo xxii. ant-  
norum adoleſcens imperator, & anno post Magnusa Sylla dictatore est saluta-  
tus. (e) Dignum igitur pietate sua ceniuit, supplicationem decernere, hoc  
est, diem dicare Numini, ut pro vitoria illa admirabilis, quam divinitatis mu-  
nus, ad exemplum majorum, agnoscat, gratias immortalia ac præpotenti Deo  
subiecti cives agant, ejus bonitatem celebrant, fausta quavis omnientur,  
piaque faciant preces. Sanè hoc nobis est merito mandatum, & eujsuslibet  
pietas sponte id exigit ac postulat, ut cum pro insigni vitoria, tum pro fulute  
Regis devote gratias Numini agat, & pia vota nuncupet. Graci post præli-  
um vitoriamq; reportataam pœana modulabantur Apollini, quem *epinicum*,  
hoc est, carmen vitoriale appellabant. (f) Ritum opinor manus ex facto  
Mosis, qui Pharaon & Agyptius submeritis Deo Victori hymnum cecinist. (g)  
Apollinem enim ex Mose esse exculpsum, copiose edidit Huetius. (h) quod  
imprimis hic fit vero simile, quando Apollo narratur apud Tibulum *Saturno*  
rege fugato Victori laudes concinuisse Jovi. (i) Musæ enim, quarum est Musica &  
bonæliteræ, eti Martis strepitum horrent ac refugiunt, fideles tamen ejus sociæ  
sunt, safræ elonginquæ, & Deo gratias, vitori laudes debitas reddunt. Hoc  
enim argumentum erat pœanum, heroas & Deos concelebrare, docente Poly-  
bio. (k) Nostræ etiam Musæ vitoria tam singulari ad subiectissima pietatis  
provocant officium, & eo magis quidem, quod submerita hostitum pars magna  
primam revocet in memoriam originem hymni triumphalis. Facient  
igitur, non quod rei requirit magnitudo & excellencia, sed quod vires permit-  
tunt, & Deo pietarem, Regi Augustissimo devotionem probatrum epinicum,  
dicent. Vocem commodabit cuius Musarum chori TOBIAS ECKHARDVS,  
& *Victoriam Divinam nobilissimamque enarrabit*, dum alii pœanas fuerint modu-  
lati. Preces nunc allegarem, & omnibus, quibus possem, modis exorarem Ma-  
cenates, Patronos & Fautores, ut benigne vellent a deesse Panegyri, suaque pre-  
fentia splendidus reddere ac commendare Musarum officium. Enimvero de  
votio, qua Regi Optimo sunt dediti, gaudie communis ratio, nostram, spero,  
perorabunt cauam, & quod optamus atque expetimus, nobis conciliabunt  
prolixe. P.P. Domin. Invocavit, Anno MDCCI.

(b) *De Reb. Ger.* §. 59. 60. (c) *L. VII. c. 37* add. Cassiodor, *Chron. sub Arcadio*. (d) Alex.  
ab Alex. *Gen. Dier.* L. V. c. 27 Brillon, *form. Rom.* L. II. p. 205. f. Rolin, *Antiqu. Rom.*  
*L. X. c. 28.* (e) Iutarchi, *in p. 622, 625.* (f) Suidas in *V. πεινίαν*. Joh. Phil. Pfleiffer *Antiqu.*  
*Grac.* L. III. c. 25. p. 56. (g) *Exod. XVI.* (h) *Demonstr. Evangelij. IV. c. 8. §. 3.* (i) *L. II*  
*eleg. 5.* (k) *L. IV. c. 20. p. 402.* conf. Menagius ad *Laert.* L. V. f. 4.

Pon Ye 3656  
20

ULB Halle  
001 500 848

56.  
D

anew  
VON 17  
VON 18 772



M 8

DIVINIS AVSPICIIS  
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO  
REGE AC DOMINO,  
DOMINO  
**CAROLO XII,**

SVECORVM GOTHORVM MET VANDA-  
LORVM REGE, MAGNO PRINCIPE FINNONIÆ,  
DVCE SCANIAE, ESTHONIÆ, LIVONIÆ, CARELIÆ, BREMÆ,  
VERDÆ, STETINI, POMERANORVM, CASSVBIÆ ET

PRINCIPE RVGIAE, DOMINO INGRIAE ET WISMARIAE  
COMITE PALATINO AD RHENVM, BAVARIAE  
CLIVIAE, AC MONTIVM DVCE, &c

D. XX Novembris Anno MDCC  
reportatam a Moschis

**VICTORIA M**

post hominum memoriam admirabile  
& excellentissimam,

**ORATIONE PANEGY**

Musæ Stadanae

Die XVI Februarii  
ab hora secunda post meridiem

In auditorio Lycei majori  
concelebraturæ

*Mæcenates, Patronos & Fautores*

Sacra Regiæ Majestati devotos cultores,

vt Panegyrii istam

ſua præſentia illustrare ac ornare ne graventur, ea, qua  
ſubmissione, obſervantia & humanitate roga

per

**M. TOBIAM ECKHAR**  
Gymnasii Rectorem.

Typis CASPARIS HOLWEINI.

